Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



cemodi ambagibus quam homines iudicant · Siue dignetur
ad passionis fructum uocare meliores et parcere infirmis · siue
istos facere ad mala perferenda fortiores et huic uitae subtrahere
quorum non potest dei ecclesia · et tantum quantum illorum
uita prodesse · Res quidem fieri minus usitata · si fiat ista sortitio ·
Sed si facta fuerit · quis eam reprehendere audebit · quis non eam
nisi imperitus · aut auidus congrua praedicatione laudabit ·
Quod si non placet facere cuius facti non occurrit exemplum ·
Nullius fuga faciat ut ecclesiae ministerium maxime in tantis
periculis necessarium ac debitum desit · Nemo accipiat personam suam ·
Ut si aliqua gratia uidetur excellere · ideo sed dicat uita · et ob hoc
fuga esse digniorem · Quisquis enim hoc putat · nimium sibi
placet · Quisquis autem etiam hoc dicit · omnibus displicet ·
Sunt sane qui arbitrantur · episcopos et clericos non fugientes in talibus
periculis · sed manentes facere ut plebes decipiantur · cum ideo
non fugiunt · qui manere suos prepositos cernunt · Sed facile est
hanc responsionem uel inuidiam declinare · alloquendo easdem
plebes atque dicendo · Non uos decipiat quod de loco isto non fu
gimus · Non enim propter nos · sed propter uos potius hic manemus ·
ne uobis non ministremus · Quicquid saluti uestrae · quae in xpo est ·
nouimus necessarium · Si ergo fugere uolueritis · et nos abistis
quibus tenemur uinculis soluistis · Quod tunc puto esse dicendum ·
quando uere uidetur utile esse ad loca tutiora migrare ·
Quo audito si uel omnes uel aliquid dixerint · in illius potestate
sumus · cuius iram nullus quocumque uadit euadit · Cuius
misericordiam ubicumque sit potest inuenire · quinusquam
uultire · si uecestis necessitatibus impeditus · si uel labore
nolens ad incesta suffugia · et non ad finienda · sed ad mutanda
pericula · Proculdubio isti deserendi non sunt ministerio
xpiano · Si autem hoc audito abire maluerint · Nec illis ·